

## Psalmus responsorius

Is 12, 2-3. 4bcd. 5-6 (R̄.: 6)

- R̄. Exsúlta et lauda,  
quia magnus in médio tui Sanctus Israel.
- <sup>2</sup> Ecce Deus salútis meæ;  
fiduciáliter agam et non timébo,  
quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus,  
et factus est mihi in salútem.
- <sup>3</sup> Et hauriétis aquas in gáudio  
de fóntibus salútis. R̄.
- <sup>4b</sup> Confitémini Dómino et invocáte nomen eius,  
notas fácite in pópulis adinventiónes eius;  
mementóte quóniam excélsus est nomen eius. R̄.
- <sup>5</sup> Cantáte Dómino, quóniam magnífice fecit;  
notum sit hoc in univérsta terra.
- <sup>6</sup> Exsúlta et lauda, quæ hábitas in Sion,  
quia magnus in médio tui Sanctus Israel. R̄.